



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 37. Universitas Pragensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

vilegium abdicaret suum. Tales erant leges, quas Papa volebat tolli tanquam libertati ecclesiasticæ noxias.

Sæcul.XIV.  
A.C.1347.

§. XXXVII.

*Universitas Pragensis.*

Novus Romanorum Rex Carolus IV per decessum Regis Joannis parentis sui 26 Aug. 1346 in Cressiacensi prælio necati factus Bohemiæ Rex, ut hoc regnum illustraretur, Papam precibus permovit suis, ut Pragæ primaria ejus urbe Universitatem institueret, ibique tradidit facultates cunctas in posterum, ac Professores cum Academicis vellet frui privilegiis omnibus, quibus Universitates aliæ gauderent. Adjungit Papa: Qui litteras ibidem didicerint, docendique copiam & Doctoris titulum poposcerint, ducentur ad Archiepiscopum Pragensem: qui congregatis ejusdem facultatis Professoribus per se aut per aliud periclitabitur Candidati eruditionem; atque si solidam viderit, ei potestatem dicendi, nomenque Doctoris dabit. Diploma scriptum est 26 Jan. 1347. Rex Carolus, ut illo seculo, satis doctus in Germania & Lutetiæ sedulam litteris operam navarat: ac egregie conditam dotatamque novam Universitatem suam ita perfici curavit.

*Vita PP.*  
p. 253.  
*Trith. Chr.*  
*Hirs. an.*  
1346. 1360.  
*Rayn. 1347.*  
n. 11.

*Histor. Eccles. Tom. XXIII.* P p ravit,

Sæcul. XIV. ravit, ut quinquaginta per annos admo-  
A.C. 1347. dum floreret.

*Bibl. PP.*  
*Paris. to. 4.*  
*p. 1147.*  
*Duboulay.*  
*to. 4. p. 298.*

art. I.

3.

4.

5.

8.

II.

Eodem anno Doctores Parisini damnarunt errores Joannis Mercorini ex Ordine Cisterciensi: & cunctis prima donatis laurea, qui librum sententiarum explicabant, interdixerunt, ne illos traderent, alioquin privandi omni facultatis honore. Errores illi redacti sunt in triginta novem puncta, quorum alia falsa vocabantur, alia suspecta de hæresi. Ecce quædam, e quibus cætera conjicias. Christus per creatam voluntatem suam potuit velle aliquid, quod nunquam futurum erat. Quomocunque velit Deus, vult efficaciter, ut ita sit. Deus vult istum hominem peccare, ac esse fontem, & ita vult, ut ei sit complacitum. Nemo peccat, dum vult aliter, quam Deus vult eum velle. Deus facit, ut malum, & peccatum detur. Qui peccat, voluntatem suam conformat ad divinam, & vult, sicut Deus vult eum velle. En effectus futilium quæstionum, malarumque subtilitatum tunc in scholis regnantium!

§. XXXVIII.

*S. Ivonis aliorumque Cœlitum apothefis describitur.*

Papa Clemens VI 16 Junii anno 1347  
Sanctorum numero adscripsit Ivonem  
Trec-